

cūm sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi. *Lib. 1. de Sermonē Domini in monte, sub initium.*

SI quaeritur quid significet mons, bene intelligitur significare majora praecepta justitiae, quia minorā erant, quae Judaes dā sunt. Unus tamen Deus per sanctos Prophetas & famulos suos, secundum ordinatissimam distributionem temporum, dedit minorā praecepta populo, quem adhuc timore alligari oportebat: & per Filium suum majora populo, quem charitate jam liberari convenerat. Cūm autem minorā minoribus, majora majoribus dantur, ab eo dantur, qui solus novit congruentem suis temporibus generi humano exhibere medicinam.

R. Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur ad nuptias. Vigilate ergo, quia nescitis quā hora Dominus vester venturus sit. Et vos similes. **Benedictio.** Quorum festum colimus.

Lectio viij.

Nec mirum est, quod dantur praecepta majora propter regnum caelorum, & minorā data sunt propter regnum terrenum, ab eodem uno Deo, qui fecit caelum & terram. De hac ergo justitia, quae major est, per Prophetam dicitur: Justitia tua sicut montes Dei: & hoc bene significat, quod ab uno magistro, solo docendis tantis rebus idoneo, docetur in monte. Sedens autem docet, quod pertinet ad dignitatem magistratū. Et accedunt ad eum discipuli ejus, ut audiendū illius verbis, hi essent etiam corpore viciniōres, qui praeceptis adim-

plendis etiam animo propinquabant. Et aperiens os suum docebat eos, dicens. Ista circumlocutio, quā scribitur, Et aperiens os suum, fortassis ipsa mora commendat aliquid longiorem futurum esse sermonem. Nisi forte non vacet, quod nunc eum dictum est aperuisse os suum, quod ipse in lege veteri aperire soleret ora Prophetarum.

R. Mediā nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. Prudentes virgines apertate vestras lampades, Ecce sponsus. Glōria Patri. **Ecce. Benedictio.** Ad societatem.

Lectio ix.

Quid ergo dicit? Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum. Legimus scriptum de appetitione rerum temporalium: Omnia vanitas, & praesumptio spiritus. Praesumptio autem spiritus, audaciam & superbiam significat. Vulgo etiam magnos spiritus superbi habere dicuntur: & recte, quandoquidem spiritus etiam ventus vocatur. Unde scriptum est: Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum. Quis vero nesciat, superbos inflatos dici, tamquam vento distentos? Unde est etiam illud Apostoli: Scientia inflat, charitas vero aedificat. Quapropter recte hic intelliguntur pauperes spiritu, humiles & timentes Deum, id est, non habentes inflatum spiritum.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Vidit turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, stantes ante thronum. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis. 13. **Añā.** Et omnes Angeli stabant in circuitu throni, & ceciderunt in conspectu throni,

throni in facies suas, & adoraverunt Deum. **Añā.** Redemisti nos Domine Deus in sanguine tuo ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnum. **Añā.** Benedicite Dominum omnes electi ejus, & agite dies laetitiae, & confitemini illi. **Añā.** Hymnus omnibus Sanctis ejus, filius israel, populo appropinquanti sibi: gloria haec est omnibus Sanctis ejus.

Capitulum. **Apoc. 7.** Ecce ego Johannes vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi: & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terrae & mari, dicens: Nolite nocere terrae & mari, neque arboribus, quoad usque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.

Hymnus. **Salūtis aeternae dator**
Jesu redemptis subvenit
Virgo parens clementiae
Dona salutem servulis
Vos Angelorum millia
Patrumque caetus, & gmina
Canora Vatam; vos reis
Precamini indulgentiam.
Baptista Christi praevisus,
Summique Coeli Claviger,
Cum caeteris Apostolis
Nexus resolvant crinum.
Cohors triumphans Martyrum,
Almus Sacerdotum Chorus,
Et Virginialis castitas
Nostros reatus abluant.
Quicumque in alta siderum
Regnatis aula Principes,
Favete votis supplicum,
Qui dona caeli flagitant.
Virtus, honor, laus, gloria
Deo Patri cum Filio,
Sancto simul Paraclito
In saeculorum saecula. Amen.
Exultabunt Sancti in gloria.

R. Laetabuntur in cubilibus suis. **Ad Benedictus, Antiphona.** Te gloriosus Apostolorum chorus, te Prophetarum laudabilis numerus, te Martyrum candidatus laudat exercitus, te omnes Sancti & electi voce confitentur unanimes, beata Trinitas, unus Deus.

Oratio.

Omnipotens sempiternae Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita sub una tribuisti celebritate venerari: quosumus, ut desideratam nobis tuae propitiationis abundantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris. Per Dominum nostrum.

Ad Tertiam, Antiphona. Et omnes Angeli. **Capitulum.** Ecce ego Johannes, ut supra.

R. br. Laetamini in Domino. Et exultate justi. Laetamini. Et exultate. Glōria Patri. Laetamini.

R. Exultent justi in conspectu Dei. Et delectentur in laetitia.

Ad Sextam, Antiphona. Redemisti nos.

Capitulum. **Apoc. 7. c.**

Post haec vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: stantes ante thronum Dei, in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmae in manibus eorum.

R. br. Exultent justi in conspectu Dei. Exultent. Et delectentur in laetitia. In conspectu Glōria Patri. Exultent. Justo autem in perpetuum vivent. **R.** Et apud Dominum est merces eorum.

Ad Nonam, Antiphona. Hymnus omnibus Sanctis ejus.

Capitulum. **Apoc. 7. c.**

Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro,

tro, in sæcula sæculorum. Amen.
R. br. Justi autem ⁹ In perpetuum
 vivent. Justi. ⁷ Et apud Dómi-
 num est merces eorum. In perpé-
 tuum. Glória Patri. Justi. ⁷ Exul-
 tábunt Sancti in glória. ⁷ Lætá-
 bántur in cubilibus suis.

Ad Vesperas, *Añsa*. Vidi turbam
 magnam, cum reliquis de Laudibus.
 702. Psalmus. Dixit Dóminus,
 cum reliquis de Dominica, 94. &
 loco ultimi, Psalmus Crédidi. 96.
 Capitulum. Ecce ego Joánes.
 Hymnus. Placáre Christe, *ut supra*
 in primis Vesperis. 695.

V. Exultábunt Sancti in glória.
R. Lætábuntur in cubilibus suis.

Ad Magnificat, Antiphona.

O quam gloriósum est regnum, in
 quo cum Christo gaudent omnes
 Sancti, amici stóllis albis sequuntur
 Agnum quocúmque lerit. Ora-
 tio. Omnipotens sempitérne Deus,
 ut *supra*. 703.

Dicito Benedicámus Dómino,
 dicuntur Vespere Defunctorum,
 incipiendo ab Antiphona Placébo
 Dómino, quæ integra dicitur ante
 & post Psalmum, similiter & alia
 Antiphonæ, ad modum Duplicis;
 Psalmus Diléxi, & reliqua omnia,
 ut in Vesperis Defunctorum, in-
 fra, cxxxij. excepto Psalmo. Lauda
 ánima mea Dóminum, qui post. Pa-
 ter noster, non dicitur; sed dicitur
 192atám Oratio Fideélium Deus óm-
 nium, cum suis Versiculis, ut ibi-
 dem notatur.

Si prima dies post Festum om-
 nium Sanctorum fuerit Dominica,
 fit Officium de ea, ut in Rubricis
 generalibus; & Officium Defunctorum
 transfertur in sequentem Fe-
 riam secundam, ita ut post Vespere
 Dominicæ dicantur Vespere De-
 functorum. Matutinum veró post
 Laudes Feriæ secundæ quæ erit ter-
 tia dies infra Octavam, *ut supra*

DIE II. NOVEMBERIS.
 Secunda die infra Octavam omnium
 Sanctorum.

In primo Nocturno, Lectiones de
 Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

De Sermóne venerábilis Bedæ
 Presbyteri.

Sermone 18, de Sanctis.

Lectio iv.

QUam laxo sinu de prælio re-
 vertentes civitas cœlestis ex-
 cipit, de hoste prostráto
 tróphæa feréntibus occurrít. Cum
 triumpántibus viris & femine vé-
 niunt, quæ cum sæculo sexum quo-
 que vicérunt, & geminá glóriá
 militiæ, virgines cum pueris teneros
 annos virtutibus transeútes; sed
 & cætera fidélium turba aulæ per-
 pétuæ régiam intrávit, qui sincerí-
 tatem fidei inconcussis præcepto-
 rum cœlestium disciplinis unitá pa-
 ce observáverunt.

R. Præcúrsor Dómini venit, de quo
 ipse testátur: Nullus major inter-
 natos mulierum Joáne Baptista.
V. Hic est Prophéta, & plus quam
 Prophéta, de quo Salvátor ait.
 Nullus major.

Lectio v.

ERgo ágite nunc fratres, aggre-
 diámur iter vitæ, revertámur
 ad civitatem cœlestem, in qua
 scripti sumus, & civis decreti. Non
 sumus hóspites, sed civis Sancto-
 rum & doméstici Dei, etiam illius
 heredes, cohæredes autem Christi.
 Huius nobis urbis jánuas aperiet
 fortitúdo, & fidúcia latem præbê-
 bit ingressum. Considerémus ergo
 Inclytam urbis illius felicitatem, in
 quantum consideráre possibile est:
 ut enim veré est, comprehendere
 nullus sermo sufficiet.

R. Isti sunt qui vivéntes in carne,
 plantáverunt Ecclesiám sanguine
 suo: Calicem Dómini biberunt, &
 ami-

amici Dei facti sunt. *V.* In omnem
 terram exivit sonus eorum, & in
 fines orbis terræ verba eorum. Cali-
 cem Dómini.

Lectio vi.

Dicitur de ea in quodam loco
 sic, Quod aufúgiet ibi dolor,
 & tristitia, & gémitus. Quid hac
 vitæ beátius, ubi non est paupertas
 metus, non ægritudinis imbecilli-
 tas? Nemo lædétur, irascétur ne-
 mo, nemo invidet, cupiditas nulla
 exardéscit, nullum ibi desidérium
 honóris pulsát, aut potestátis am-
 bitio. Nullus ibi diaboli metus, in-
 sidiaæ dæmonum nulla, terror ge-
 hennæ neque animæ erit, sed immorta-
 litatis múnere vita júcunda.

R. Sancti mei, qui in carne pósti,
 certámen habuistis: Mercédem
 labóris ego reddam vobis. *V.* Ve-
 nite benedicti Patris mei, percipite
 regnum. Mercédem. Glória Patri.
 Mercédem.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secun-
 dum Matthæum.

Lectio vij. *Cap. 5.*
 In illo tempore: Videns Jesus
 turbas, ascendit in montem, &
 cum sedisset, accesserunt ad eum
 discipuli ejus. Et reliqua.

De Homilla Sancti Augustini
 Episcopi.

Ex lib. 1. de Sermone Domini in monte,
cap. 1. & 2.

Nec aliudè omninò incipe-
 re oportuit beatitudinem,
 quam à paupertate spíritus, si
 quidem perventúra est ad sum-
 mam sapiéntiam. Iníitium autem sa-
 piéntiæ timor Dómini: quóniam &
 é contrário, iníitium omnis peccáti
 superbia scribitur. Superbi autem
 appetunt & diligunt regna terrá-
 rum. Beáti mites: quóniam ipsi ha-
 reditáte possidebunt terram. Illam

Pars Tertius.

cap. 1. & 2.

credo terram, de qua in Psalmo di-
 citur: Spes mea es tu, pórtio mea
 in terra vivéntium. Significat enim
 quandam soliditatem & stabilitatem
 hereditátis perpetuæ, ubi áni-
 ma per bonum affectum, tamquam
 loco suo requiescit, sicut corpus in
 terra: & inde cibo suo alitur, sicut
 corpus ex terra: ipsa est requies, &
 vita Sanctorum. Mites autem sunt,
 qui cedunt improbitatibus, & non
 resistunt malo, sed vincunt in bono
 malo.

R. Sint lumbi vestri præcincti, &
 lucernæ ardentes in manibus ves-
 tris: Et vos símiles hominibus ex-
 pectántibus dóminum suum, quan-
 do revertátur à nuptiis. *V.* Vigilá-
 te ergo, quia nescitis quâ horâ
 Dóminus vester ventúrus sit. Et
 vos.

Lectio viij.

Beáti lugéntes: quóniam ipsi
 consolabúntur. Luctus est tris-
 titia de amissione charórum: con-
 versus autem ad Deum, ea, quæ in
 hoc mundo chara amplectébantur,
 amittunt. Non enim gaudent his re-
 bus, quibus antè gaudebant: & do-
 nec fiat in illis amor æternórum,
 nonnullá mestitá sauciántur. Con-
 solabúntur ergo Spíritu sancto, qui
 máximè propterea Paráclitus nomi-
 nátur, id est, consolátor: ut tempo-
 rália amittentes, æterná lætitiá per-
 fruántur.

R. Mediá nocte clamor factus est:
 Ecce sponsus venit, exite obviam
 ei. *V.* Prudentes virgines aperte
 vestras lámpadas. Ecce sponsus.
 Glória Patri. Ecce sponsus.

Lectio ix.

Beáti qui esúriunt, & sitiunt jus-
 titiam: quóniam ipsi satura-
 bántur. Jam istos amatóres dicit
 videri & inconcussis boni. Illo ergo cibo
 saturabúntur, de quo ipse Dómi-
 nus dicit: Meus cibus est, ut faciám

Yy
 vo-

voluntatem Patris mei: quod est iustitia: & illa aqua, de qua quisquis biberit, ut idem dicit, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Beati misericordis: quoniam ipsorum miserabitur Deus. Beatos esse dicit, qui subveniunt miseris: quod eis ita rependitur, ut de miseria liberentur.

Te Deum laudamus. 12.
Post Laudes diei, dicto. **Benedicamus Dómino**, absolute incipit Matutinum Defunctorum ab Invitatorio cum Psalmo Venite, & tribus Nocturnis, in quibus duplicantur Antiphona. Dicitur nonum q. **Libera me Dómine** de morte æterna.

Ad Laudes similiter duplicantur Antiphona, & in fine Laudum non dicitur Psalmus De profundis, sed dicto Pater noster, dicuntur Preces, & Oratio Fideiolum tantum, ut supra in Vesperis.

DIE III. NOVEMBRIS.

Tertia die infra Octavam omnium Sanctorum.

In secundo Nocturno.
De Sermone venerabilis Bedæ Presbyteri.

Ex Sermone 18. de Sanctis.

Lectio iv.

Nulla erit tunc usquam discordia, sed cuncta cónsona, cuncta convenientia: quia ómnium erit Sanctorum una cóncordia, pax cuncta & letitia cónfines. Tranquilla sunt ómnia & quieta, iugis splendor, non iste qui nunc est, sed tantò clarior, quantò felicior: quia civitas, ut legitur, illa non egébit lumine solis, sed Dóminus omnipotens illuminabit eam, & lucerna ejus est Agnus. Ibi Sancti fulgebunt ut stellæ in perpétuas æternitates, & sicut splendor firmaménti, qui erudiunt multos.

R. Præcursor Dómini venit, de quo ipse testatur, * Nullus major inter

natos mulierum Joanne Baptista. **V.** Hic est Propheta, & plus quam Propheta, de quo Salvator ait. Nullus major.

Lectio v.

Quapropter nos ibi nulla, nullæ tenebræ, concursus nubium nullus, nec frigoris aut ardoris asperitas ulla: sed talis quædam erit rerum temperies, qualem nec óculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hóminis ascendit, nisi illórum, qui eá pèrfui digni inveniuntur, quorum nómína scripta sunt in libro vitæ, qui & lavèrunt stolas suas in sanguine Agni, & sunt ante sedem Dei, serviuntque ei die ac nocte. Non est senectus ibi, nec senectutis miseria, dum omnes occurrunt in virum pèrfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi.

R. Isti sunt, qui vivèntes in carne, plantavèrunt Ecclésiám sanguine suo: * Cálicem Dómini biberunt, & amici Dei facti sunt. **V.** In omnem terram exivit sonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum. Cálicem Dómini.

Lectio vi.

Verum super hæc ómnia est, consociari Angelórum & Archangelórum cœtibus: Thronis etiam & Dominatiónibus, Principatibus & Potestatibus, ómniumque cœlestium supernarum virtutum contuberniis pèrfui, & intuéri ágmina Sanctorum splendidis sidèribus micántia, Patriarcharum fide fulgéntia, Prophetarum spe lætántia, A postolórum in duódecim tribubus Israël orbem judicántia, Martyrum purpureis victóriæ coronis lucéntia, Virgínium quoque choros candéntia sarta gestántes inspicere.

R. Sancti mei, qui in carne pòsiti, certámen habuistis: * Mercèdem laboris ego reddam vobis. **V.** Venite benedicti Patris mei, percipite reg-

regnum. Mercèdem. Glória Patri. Mercèdem.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secúndum Matthæum.

Lectio vij.

In illo tèmpace: Videns Jesus turbas, ascendit montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Lib. 1. de Sermone Domini in monte, cap. 2. & 3.

Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Quam ergo stulti sunt, qui Deum istis exterioribus óculis quærunt, cum corde videátur, sicut álbi scriptum est: Et in simplicitate cordis quærite illum. Hoc est enim mundum cor, quod est simplex cor. Et quemadmodum lumen hoc vidèri non potest, nisi óculis mundis: ita nec Deus vidètur, nisi mundum sit illud, quo vidèri potest. Beati pacifici: quoniam ipsi filii Dei vocabuntur. In pace pèrfectio est, ubi nihil repígnat: & ideò filii Dei pacifici, quoniam nihil in his resistit Deo, & útique filii similitudinem patris habere debent.

R. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardéntes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectántibus dómínium suum, quando revertátur a nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis quâ horâ Dóminus vester ventúrus sit. Et vos.

Lectio viij.

Pacifici autem in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus componentes, & subjicièntes ratióni, id est, menti & spirítui, carnalésque concupiscéntias habèntes edómitas, fiunt regnum Dei. In quo ita sunt ordinata ómnia, ut id quod est in hómine præcipuum & excéllens,

hoc imperet cæteris non reluctántibus, quæ sunt nobis bestialibus commúnia: atque id ipsum, quod excéllit in hómine, id est, mens & ratio, subjiciátur potióri, quod est ipsa veritas, unigénitus Filius Dei. Neque enim imperare inferioribus potest, nisi superiorí se ipse subjiciat. Et hæc est pax, quæ datur in terra hominibus bonæ voluntátis: hæc vita consummátæ pèrfectique sapiéntis.

R. Mediá nocte clamor factus est: * Ecce sponsus venit, exite obviam ei. **V.** Prudentes virgines aptate véstras lámpades. Ecce sponsus. Glória Patri. Ecce sponsus.

Lectio ix.

De hujusmodi regno pacatissimo & ordinatissimo missus est foras princeps hujus sæculi, qui per vèrsis inordinatisque dominatur. Hæc pace intrinsicè constitutá, atque firmatá, quasúmque persecutiónes ille, qui foras missus est, forinsecus concitaverit, auget glóriam quæ secúndum Deum est: non áliqui in illo ædificio labefactans, sed deliciéntibus máchinis suis innotescere faciens, quanta firmitas intus extructa sit. Ideò séquitur: Beati, qui persecutiónem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsórum est regnum cœlórum.

Te Deum laudamus. 12.

Vesperæ de S. Carolo, cum Commemoratione Octavæ, & SS. Vitalis & Agricolæ Martyrum.

DIE IV. NOVEMBRIS.

In Festo Sancti Caroli Episcopi & Confessoris.

Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris Pontificis, xij. præter ea quæ sequuntur.

Oratio.

Ecclésiám tuam, Dómine, Sancti Caroli Confessoris tui atque Pon-

Pontificis continuâ protectione custodi: ut sicut illum Pastorâlis sollicitudo gloriosum reddidit, ita nos ejus intercessio in tuo semper faciat amore ferventes. Per Dñm.

Deinde fit Commemor. Octavæ, Ana. O quam gloriosum est regnum, in quo cum Christo gaudent omnes Sancti, amici stolis albis, sequuntur Agnum quocumque ierit. **¶** Exultabunt Sancti in gloria. **R.** Lætabuntur in cubilibus suis.

Oratio.

Omnipotens sempiternè Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum mèrita sub una tribuisti celebritate venerari: quesumus, ut desideratam nobis tuae propitiatis abundantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris.

Postea fit Commemoratio Sanctorum Martyrum Vitalis & Agricolæ, Antiphona. Istorum est enim regnum cœlorum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. **¶** Lætâmini in Dñmo & exultate justi. **R.** Et gloriâmini omnes recti corde.

Oratio.

Præsta, quesumus omnipotens Deus; ut qui Sanctorum Martyrum tuorum Vitalis & Agricolæ solœmnia cõlimus, eorum apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dñm nostrum.

In primo Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

Carolus, Mediolani nobili Borromæorum familia natus, quantâ futurus esset sanctitate conspicuus, divina lux super parientis matris cubiculum noctu coruscans præsignavit. A pueritia clericali militiæ adscriptus, Abbatia postmodum insignitus, pa-

trem admõuit, ne redditus rem familiarem converterentur: quorum ipse nactus administrationem, quicquid supererat, expendebat in pãuperes. Adolens liberalibus disciplinis Papatæ operam dedit. Castitatem adeo coluit, ut impudicas etiam mulieres ad labefactandam ejus pudicitiam pluries immissas, invicta constantia fugaverit. Vigésimum tertium ætatis annum agens, à Pio Quarto ejus avunculo in sacrum Cardinalium Collegium cooptatus, insigni pietatis ac virtutum omnium splendore præluxit. Mox ab eodem Mediolanensis Archiepiscopus creatus, in eo plurimam operam adhibuit, ut juxta Sacrosanctum Tridentinum Concilium, quod ejus potissimum sollicitudine jam tum fuerat absolutum, Ecclesiam sibi commissam componeret: atque ut depravatos plebis suæ mores reformaret, præter iteratam sæpius Synodorum celebrationem, seipsum eximie sanctitatis præbuit exemplar. In profligandis hæreticis & partibus Rhetorum & Helvetiorum, quorum plurimos ad Christianam fidem convertit, maxime laboravit.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: **¶** Manus enim mea auxiliabitur ei. **¶** Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocèbit ei. Manus enim.

LECTIO V.

Hujus viri charitas præcipue enituit, cum Uritano principatu vendito pretium universum ad quadraginta aureorum millia, una die in pãuperes erogavit. Nec minore pietate, viginti millia, quæ sibi fuerant legata, distribuit. Ecclesiasticos provèntus, quibus ab avunculo copiose fuerat cumulatus, dimisit; nonnullis retentis, qui-

quibus ad proprios usus, & egenorum necessitates utebatur. Quo tempore pestis Mediolani grassabatur, domesticam supellectilem, ne relicto sibi lectulo, in eisdem alendos contulit, super nudâ in posterum tabulâ decumbens: eoque morbo laborantes sedulo invisens, paterno reficiebat affectu; & Ecclesiæ Sacramenta propriis ipse manibus administrans, mirum in modum solabatur: humillimis interim precibus reconciliator accedens, publicè supplicatione indictâ, fusc sibi ad collum alligato, nudis pedibus etiam offendiculo cruentati, crucem bajulans, semetipsum pro peccatis populi hostiam offerens, divinam indignationem avèrtere satagebat. Ecclesiasticæ libertatis fuit acerrimus propugnator. Disciplina vero restituendæ sollicitus, à seditionis, dum orationi insisteret, tormenti bellici laxata rota, igneo glòbulo percussus, divinâ virtute servatus illæsus.

R. Posui adjutorium super potentem; & exaltavi electum de plebe mea: **¶** Manus enim mea auxiliabitur ei. **¶** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum, Manus enim.

LECTIO VI.

Astinentiâ fuit admirabili: jejunabat sæpissime pane tantum & aquâ, solis quandoque lupinis contentus. Nocturnis vigiliis, asperimo cilicio, assiduis flagellis corpus domabat. Humilitatis ac mansuetudinis studiosissimus fuit. Orationem, ac verbi Dei prædicationem, gravissimis licet curis occupatus, numquam intermisit. Multa Ecclesiæ, Monasteria, Collegia edificavit. Plura scripsit ad Episcoporum præsertim instructionem utilissima; cujus etiam operâ,

Parochorum Catechismus prodidit. Demum in solitudinem Varalli montis, ubi sculptis imaginibus Dominicæ passionis mysteria ad vivum representantur, recessit; ibique diebus aliquot voluntaria castigatione asperam, sed Christi dolorem meditationibus suavem vitam ducens, in febrim incidit. Mediolanum reversus, ingravescente morbo, cinere ac cilicio cooperatus, & oculis in Crucifixi imaginem defixis, nigra vit in eorum ætatis anno quadragésimo septimo, Dñmi verò millesimo quingentesimo octogésimo quarto, tertio Nonas Novembris. Quem miraculis clarum Paulus Quintus Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinâ ejus repleta est: **¶** Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **¶** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Glória Patri. Ipse intercedat.

Intertio Nocturno. Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Homo peregrè proficiens, ut in Communi Confessoris Pontif. xlvij.

Pro Sanctis Martyribus Vitale & Agricola.

LECTIO IX.

Vitalis, & Agricola ejus dominus, in persecutione Diocletiani & Maximiani Bononiæ ob Jesu Christi prædicationem comprehensi sunt: cumque Vitalis, quò magis precibus & minis tentaretur, ut sententiam mutaret, eo magis se Christi cultorem ac servum profiteretur; vario tormentorum genere cruciatus, constanter omnia pèferens, in oratione spiritum Deo

reddidit. Agricola verò, cum ejus supplicium dilatum esset, si forte tormentis servi permotus, Christo vellet renuntiare, ejus exemplo magis confirmatus est. Itaque cruci affixus, Vitali servo consors & socius fuit nobilis martyrii. Eorum còporum ad Judæorum sepulchra cùm essent humata, à Sancto Ambrósio inventa, in sacrum celebrémque locum translata sunt.

Te Deum laudamus. 12.

In Laudibus, fit Commemoratio Octavæ, Anæ. Te gloriosus Apostolorum chorus, te Prophetarum laudabilis numerus, te Martyrum candidatus laudat exercitus, te omnes Sancti & electi voce confitentur unanimes, beata Trinitas, unus Deus.

Exultabunt Sancti in glória.

Laetabuntur in cubilibus suis.

Oratio.

Omnipotens sempiternè Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum mérita sub una tribuisti celebritate venerari: quesumus, ut desideratam nobis tuæ propitiatiõnis abundantiam, multiplicatis intercessoribus largiaris.

Postea fit Commemor. SS. Vitalis & Agricolæ mart. Anæ. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere: multis passibus meliores estis vos. Exultent justi in conspectu Dei. Et delectentur in lætitia.

Oratio.

Præsta, quesumus omnipotens Deus; ut qui Sanctorum Martyrum tuorum Vitalis & Agricolæ solémnia colimus, eorum apud te intercessionibus adjuvemur. Per Dóminum nostrum.

Vespere de S. Carolo, cum Commemor. Octavæ, ut supra, 703.

DIE V. NOVEMBRIS.

Quinta die infra Octavam omnium Sanctorum.

In secundo Nocturno.

De Sermone venerabilis Bedæ Presbyteri.

Ex *Sermone 18. de Sanctis.*

Lectio iv.

AD hanc igitur operum salutarium delictet nos pervenire palmam. Libenter ac promptè certemus omnes in agone justitiæ, Deo & Christo spectante curramus: & qui seculo & mundo majores esse jam cepimus, cursum nostrum nullà seculi cupiditate tardemus. Si expeditos, si celeres in operis agone currentes dies nos illicitus invenerit, nusquam Dóminus méritis nostris deerit remunerator.

R. Præcursor Dómini venit, de quo ipse testatur: Nullus major inter natos mulierum Joanne Baptista. **V.** Hic est Prophéta, & plus quam Prophéta, de quo Salvator ait. Nullus major.

Lectio v.

Qui coronam in persecutione purpuream pro passione donabit, ipse in pace vincitibus pro justitiæ méritis dabit & candidam. Nam nec Abraham, nec Isaac, nec Jacob occisi sunt; & tamen fidei & justitiæ méritis honorati, inter Patriarchas primi esse meruerunt: ad quorum congregatur convivium quisquis fidelis & justus & laudabilis invenitur. Mémores esse debemus, voluntatem non nostram, sed Dei facere debere: quia qui fecerit ejus voluntatem, manet in ætérnum.

R. Isti sunt, qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: Cálicem Dómini biberunt, & amici Dei facti sunt. **V.** In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Cálicem Dómini.

Lec-

Lectio vj.

Quapropter, charissimi, mente integrá, fide firmá, virtute robustá, charitate perfectá, parati ad omnem voluntatem Dei simus, conservantes fortiter Dominica mandata, in simplicitate innocentiam, in charitate concordiam, modestiam in humilitate, diligentiam in administratione, vigilantiam in adjuvandis laborantibus, misericordiam in fovendis pauperibus, in defendenda veritate constantiam, in disciplina severitate censuram, ne aliquid ad exemplum bonorum factorum desit in nobis. Hæc sunt enim vestigia, quæ nobis sancti quique revertentes in patriam reliquerunt, ut illorum semitis inhaerentes sequeremur & gaudia.

R. Sancti mei, qui in carne positi, certamen habuistis, Mercèdem laboris ego reddam vobis. **V.** Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Mercèdem. Glória Patri. Mercèdem.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

In illo tempore: Videns Jesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Lib. 1. de Sermone Domini in monte, cap. 3. & 4.

Itaque in hoc tertio gradu, in quo scientia est, lugeretur amissio summi boni, quia inheretur extrinsecis. In quarto autem gradu labor est: ubi vehementer incumbitur, ut sese animus avellat ab eis, quibus pestifera dulcedine innexus est. Hic ergo esuritur & sititur justitia, & multum necessaria est fortitudo: quia non relinquatur sine

dolore, quod cum delectatione retinetur. Quinto autem gradu perseverantibus in labore datur evadendi consilium: quia nisi quisque adjuvetur à superiore, nullo modo sibi est idoneus, ut sese tantis miserium implicamentis expediat. Est autem iustum consilium, ut qui se à potentiore adjuvari vult, adjuvet & infirmiores, in quo est ipse potentior. Itaque beati misericordes: quia ipsorum miseribitur Deus.

R. Sint lumbi vestri præincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur à nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis quâ hora Dóminus vester venturus sit. Et vos similes.

Lectio viij.

Sexto gradu est cordis munditia de bona conscientia bonorum operum, valens ad contemplandum summum illud bonum, quod solo puro & sereno intellectu cerni potest. Postremo est septima ipsa sapientia, id est, contemplatio veritatis, pacificans totum hominem, & suscipiens similitudinem Dei, quæ ita concluditur: Beati pacifici: quoniam ipsi filii Dei vocabuntur. Occitava tamquam ad caput redit, quia consummatum perfectumque ostendit & probat. Itaque in prima & in octava nominatum est regnum cælorum: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum: & Beati, qui persecutionem patientur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum.

R. Mediâ nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. **V.** Prudentes virgines aptate vestras lampades. Ecce sponsus. Glória Patri, Ecce sponsus.

Yy 4

Lec-

Lectio ix.

Cum jam dicitur: Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Septem sunt ergo, quae perficiunt: nam octava clarificat, & quod perfectum est demonstrat, ut per hos gradus perficiantur & ceteri, tamquam a capite rursus exordians. Videtur ergo mihi etiam septiformis operatio Spiritus sancti, de qua Isaias loquitur, his gradibus sententiisque congruere. Sed interest ordinis; nam ibi enumeratio ab excellentioribus coepit, hic vero ab inferioribus. Ibi namque incipit a sapientia Dei, & desinit ad timorem Dei: sed in initium sapientiae timor Domini est.

Te Deum laudamus. 12.

DIE VI. NOVEMBRIS,
Sexta die infra Octavam omnium
Sanctorum.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis.
Serm. 2. de Festo omnium Sanctorum.

Lectio iv.

Quia Sanctorum omnium festivam hodie, dilectissimi, omnique dignissimum devotione memoriam celebramus, opera pretium puto, de communi eorum felicitate, in qua beata jam requie perficiuntur, & futura quam praestolantur consummatione, adjuvante Spiritu sancto, sermonem facere charitati vestrae. Fidelis qui ppe sermo, & omni acceptione dignus, ut quos solenni veneratione prosequimur, etiam simili conversatione sequamur: quos beatissimos praedicamus, ad eorum beatitudinem tota aviditate curramus: quorum delectamur praeconiis, sublevemur eorum patrocinis.

Præcursor Domini venit, de quo ipse testatur: Nullus major

inter natos mulierum Joanne Baptistam. Hic est Propheta, & plus quam Propheta, de quo Salvator ait. Nullus major.

Serm. 5. de eodem Festo, circa medium.

Lectio v.

Ad quid ergo Sanctis laus nostra? ad quid glorificatio nostra? ad quid gloria sollemnitas? Quod eis terrenos honores, quos juxta veracem Filii promissionem honorificat Pater caelestis? Quod eis praecordia nostra? Pleni sunt. Prorsus ita est, dilectissimi: honorum nostrorum Sancti non egent, nec quidquam eis nostrae devotione praestatur. Planè, quod eorum memoriam veneramus, nostra interest, non ipsorum. Vultis scire quantum interest nostra? Ego in me (fateor) ex hac recordatione sentio desiderium vehemens inflammari, & desiderium triplex.

Isti sunt, qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: Calicem Domini biberunt, & amici Dei facti sunt. In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum.

Lectio vi.

Vulgò dicitur: Quod non videt oculus, cor non dolet. Oculus meus, memoria mea: & cogitare de Sanctis, quodammodo eos videre est. Sic nempe portio nostra in terra viventium: nec modica sanè portio, si tamen, ut decet, memoriam affectio comitetur: sic, inquam, conversatio nostra in caelis est. Verumtamen non sic nostra, sicut illorum. Ipsorum enim subsistentia ibi est, nostra autem desideraria: ipsi per praesentiam, nos per memoriam ibi sumus.

Sancti mei, qui in carne positi, certamen habuistis: Mercedem laboris ego reddam vobis. Veni-

ni-

nite, benedicti Patris mei, percipite regnum. Mercedem laboris. Gloria Patri. Mercedem laboris.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum
Matthaeum.

Lectio vij.

Cap. 5.

In illo tempore: Videns Jesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et reliqua.

De Homilia S. Augustini Episcopi.

Lib. 1. de Serm. Dom. in monte, c. 4.

Quapropter, si gradatim tamquam ascendentes numeramus, primus ibi est timor Dei, secunda pietas, tertia scientia, quarta fortitudo, quintum consilium, sextus intellectus, septima sapientia. Timor Dei congruit humilibus, de quibus hic dicitur: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum: id est, non inflati, non superbi, de quibus Apostolus dicit: Noli altum sapere, sed time: id est, noli extollii. Pietas congruit mitibus. Qui enim pie quaerit, honorat sanctam Scripturam, & non reprehendit quod nondum intelligit, & propterea non resistit, quod est mitem esse. Unde hic dicitur: Beati mites: quoniam ipsi hereditate possidebunt terram.

Sint lumbi vestri praecincti, & lucernae ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertetur a nuptiis. Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos.

Lectio viij.

Scientia congruit lugentibus, qui jam cognoverunt in Scripturis, quibus malis vinciti teneantur, quae tamquam bona & utilia ignorantes appetierunt, de quibus hic dicitur: Beati qui lugent nunc. Fortitudo congruit esuriensibus & sitiensibus.

Labrant enim desiderantes gaudium de veris bonis, & amorem a terrenis & corporalibus avertere cupientes, de quibus hic dicitur: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Consilium congruit miseris cordibus: hoc enim unum remedium est de tantis malis evadendi, ut dimittamus; sicut nobis dimitti volumus: & adjuvemus, in quo possumus, alios: sicut & nos, in quo non possumus, cupimus adjuvare; de quibus hic dicitur: Beati misericordes: quoniam ipsorum miserabitur Deus.

Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit: exite obviam ei. Prudentes virgines aptate vestras lampades. Ecce sponsus. Gloria Patri. Ecce sponsus.

Lectio ix.

Intellectus congruit mundis cordibus, tamquam purgato oculo, quo cerni possit, quod corporeus oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit; de quibus hic dicitur: Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Sapientia congruit pacificis, in quibus jam ordinata sunt omnia, nullisque motus adversus rationem rebellis est, sed cuncta obtemperant spiritui hominis, cum & ipse obtemperet Deo; de quibus hic dicitur: Beati pacifici. Unum autem praemium, quod est regnum caelorum, pro his gradibus varie nominatum est.

Te Deum laudamus. 12.

DIE VII. NOVEMBRIS.

Septima die infra Octavam omnium
Sanctorum.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Joannis Chrysostomi.
Serm. de Martyr. quod aut imitandi
sunt, aut non laudandi, tom. 3.

Lectio i.

Qui Sanctorum merita religiosam charitatem miratur, quique istorum gloriae frequenter lau-

laude collóquuntur, eórum móres sanctos atque iustitiam imitáti: quóniam quem delectat Sancti alicujus méritum, delectáre debet par circa cultum Dei obsequium. Quare aut imitari debet, si laudat, aut laudáre non debet, si imitari detrécit: ut qui alium laudat, laudábilem se reddat: & qui Sanctórum mérita admirátur, mirábilis ipse vitæ sanctitate reddátur. Nam si própterea justos fidelésque diligimus, quod in ipsis iustitiam fidémque suspicimus; póssumus nos quoque esse quod sunt, si faciámus ipsi quod faciunt.

✠ Præcúrsor Dómini venit, de quo ipse testátur: * Nullus major inter natus mulierum Joánnē Baptista. **V.** Hic est Prophéta, & plus quam Prophéta, de quo Salvátor ait. Nullus major.

Lectio v.

NEquè enim difficile nobis est, quod ab ipsis géritur, imitari, cum sine præcedenti exemplo ab antiquis tália gesta conspicimus: ut non ipsi aliorum æmuli redderéntur, sed æmulandæ virtutis seípso nobis præberent exemplum: ut dum nos ex ipsis, & ex nobis alii proficiunt, sic Christus in suis semper servis in Ecclésia sancta laudétur. Undè ab origine mundi innocens Abel occiditur, Henoch Deo placens transfertur, iustus Noë invenitur, Abraham fidelis probatur, Móyses mansuetus dignoscitur, Jesus castus, David lenis, Elias acceptus, Daniél sanctus, tres pueri victores redduntur.

✠ Isti sunt, qui viventes in carne, plantaverunt Ecclésiám sanguine suo: * Cálicem Dómini biberunt, & amici Dei facti sunt. **V.** In omnem terram extivit sonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum. Cálicem Dómini.

Lectio vi.

Apostoli discipuli Christi, credentium magistri habentur: è quibus eruditi Confessóres fortissimi pugnant, Mártires perfecti triumphant, & Christiáni semper exercítus diabolum Deo armáti debéllant. In istis semper pares virtutes, dissimiles pugne, gloriósæ victoriæ. Undè tu Christiáne delicatus es miles, si putas te posse sine pugna vincere, sine certamine triumphare. Exere vires, fortiter dimicá, atróriter in prælio isto concérra. Considera pactum, conditionem atténde, militiam nosce: pactum quod spondidisti, conditionem quæ accessisti, militiam quæ nomen dedisti.

✠ Sancti mei, qui in carne pósiti, certámen habuistis, * Mercédem labóris ego reddam vobis. **V.** Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Mercédem labóris. Glória Patri. Mercédem labóris.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 5.

In illo témpore: Videns Jesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et reliqua.

De Homilla Sancti Augustini Episcopi.

Ex lib. 1. de Serm. Domini in monte, cap. 4.

In primo gradu, sicut oportebat, pósitum est regnum celórum, quod est perfectæ summæque sapientiæ animæ rationalis. Sic itaque dictum est: Beati pauperes spiritu: quóniam ipsórum est regnum celórum: tamquam diceretur: Initium sapientiæ timor Dómini. Mitibus heréditas data est, tamquam testamentum patris cum pietate quaréntibus. Beati mites: quó-

Lectio ix.

quóniam ipsi hereditate possidebunt terram. Lugentibus consolatio, tamquam scientibus quid amiserint, & quibus mersi sunt. Beati qui lugent nunc: quóniam ipsi consolabuntur. Esurientibus & sitiéntibus saturitas, tamquam refectio laborántibus, fortiterque certántibus ad salutem. Beati qui esurunt, & sitiunt iustitiam: quóniam ipsi saturabuntur.

✠ Sint lumbi vestri præincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectántibus dóninum suum, quando revertátur à nuptiis. **V.** Vigilare ergo, quia nescitis quâ hora Dóminus vester ventúrus sit. Et vos similes.

Lectio viij.

Misericórdibus misericórdia, tamquam vero & óptimo consilio uténtibus, ut hoc eis exhibeatur à potentiore, quod invalidioribus ipsi exhibent. Beati misericordes: quóniam ipsórum miserébitur Deus. Mundis corde facilitas est videndi Deum, tamquam purum óculum ad intelligendá aeterna geréntibus. Beati mundo corde: quóniam ipsi Deum videbunt. Pacificis Dei similitudo est, tamquam perfectè sapientibus, formatisque ad imaginem Dei per regeneratióem renovati hómínis. Beati pacifici: quóniam ipsi filii Dei vocabuntur. Et ista quidem in hac vita possunt compleri, sicut completa esse in Apostolis credimus. Nam illa omnimoda & in Angélicam formam mutatio quæ post hanc vitam promittitur, nullis verbis expóni potest.

✠ Mediá nocte clamor factus est: * Ecce sponsus venit, exite obviam ei. **V.** Prudentes virgines aptate vestras lámpades. Ecce sponsus. Glória Patri. Ecce sponsus.

Beatí ergo, qui persecutióem patiuntur propter iustitiam quóniam ipsórum est regnum celórum. Hæc octáva sententia, quæ ad caput redit, perfectumque hómínem declarat, significatur fortasse & circumcisióne octáva die in veteri Testamento, & Dómini resurrectione post sabbatum, qui est iustitice octávus, idémque primus dies; & celebratióne octavarum feriarum, quas in regeneratióne novi hómínis celebrámus; & número ipso Pentecostes: nam septenário numero sépties multiplicato, quod fuit quadráginta novem, quasi octavo additur, ut quinquaginta compleantur. Et tamquam redeatur ad caput, quo die missus est Spiritus sanctus, eò in regnum celórum ducimur, & hereditatem accipimus, & consolamur, & páscimur, & misericórdiam consequimur, & mundamur, & pacificamur. Atque ita perfecti, omnes extrinsecis illatas molestias pro veritate & iustitia sustinémus.

Te Deum laudámus. 12.

Ad Vesperas Duplex, & omnia dicuntur sicut in primis Vesperis Festi, 695. cum Comm. SS. Martyrum Quatuor Coronatorum. Antiphona. Istorum est enim regnum celórum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. **V.** Exultabunt Sancti in glória. **R.** Letabuntur in cubilibus suis.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus; ut qui gloriosos Mártires fortes in sua confessiõe cognóvimus, pios apud te in nostra intercessiõe sentiámus. Per Dóminum nostrum.

DIE

DIE VIII. NOVEMBRIS.

In Oct. omnium SS. Duplex.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Ex libro Sancti Cypriani Episcopi & Martyris, de Mortaliitate.

Lectio iv. In fine.

Considerandum est, fratres dilectissimi, & identidem cogitandum, renuntiasse nos mundo, & tamquam hospites, & peregrinos hic interim degere. Amplectamur diem, qui assignat singulis domicilio suo, qui nos istinc eripios, & laqueis secularibus exsolutos, paradiso restituit, & regno caelesti. Quis non peregre constitutus properaret in patriam regredi? Quis non ad suos navigare festinans, ventum prosperum cupidius optaret, ut velociter charos liceret amplecti.

R. Praecursor Domini venit, de quo ipse testatur: Nullus major inter natos mulierum Joanne Baptista. **V.** Hic est Propheta, & plus quam Propheta, de quo Salvator ait. Nullus major.

Lectio v.

Patriam nostram paradysum computamus, parentes Patriarchas habere jam cepimus: quid non properamus, & currimus, ut patriam nostram videre, ut parentes salutare possimus? Magnus illic nos charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos & copiosa turba desiderat, jam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra salute sollicita. Ad horum conspectum & complexum venire, quanta & illis & nobis in commune laetitia est? Qualis illic caelestium regnorum voluptas sine timore moriendi, & cum aeternitate vivendi? quam summa & perpetua felicitas?

R. Isti sunt, qui viventes in carne, plantaverunt Ecclesiam sanguine suo: Calicem Domini biberunt, & amici Dei facti sunt. **V.** In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Calicem Domini.

Lectio vj.

Illic Apostolorum gloriosus chorus, illic Prophetarum exultantium numerus, illic Martyrum innumerabilis populus ob certaminis & passionis victoriam coronatus. Triumphantes illic Virgines, quae concupiscentiam carnis & corporis, continentiae robore subegerunt. Remunerati misericordes, qui alimentis, & largitionibus pauperum, iustitiae opera fecerunt, qui Dominica praeccepta servantes, ad caelestes thesauros terrena patrimonialia transferunt. Ad hos, fratres dilectissimi, avida cupiditate properemus, & cum his cito esse, ut cito ad Christum venire contingat, optemus.

R. Sancti mei, qui in carne positi, certamen habuistis: Mercedem laboris ego reddam vobis. **V.** Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Mercedem. Gloria Patri. Mercedem.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthaeum.

Lectio vij. Cap. 5.

In illo tempore: Videns Jesus turbas, ascendit in montem, & cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus. Et reliqua.

De Homilia S. Augustini Episcopi.

Ex lib. 1. de Sermonibus Domini

in monte, cap. 5.

Beati eritis, inquit, cum vobis maledicent, & persequantur vos, & dicent omne malum adversum vos, mentientes, propter me: gaudete, & exultate, quoniam merces vestra multa est in caelis.

Ani-

Animadvertat quisquis delicias hujus saeculi, & facultates rerum temporalium quaerit in nomine Christiano, intrinsicus esse beatitudinem nostram, sicut de anima ecclesiastica ore prophetico dicitur: Omnis gloria ejus filiae Regis ab intus. Nam extrinsecus maledicta & persecuciones, & detractiones promittuntur: de quibus tamen magna merces est in caelis, quae sentitur in corde patientium, eorum qui jam possunt dicere: Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

R. Sint lumbi vestri praecincti, & lucerna ardentis in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos.

Lectio viij.

Non enim ista perpeti fructuosum est, sed ista pro Christi nomine non solum aequo animo, sed etiam cum exultatione tolerare. Nam multi haeretici nomine Christiano animas decipientes, multa talia patiuntur: sed ideo excluduntur ab ista mercede, quia non dicitur est tantum, Beati qui persecutionem patiuntur: sed additum est, Propter justitiam. Ubi autem sana fides non est, non potest esse justitia: quia justus ex fide vivit. Neque schismatici aliquid sibi ex ista mercede promittant: quia similiter ubi charitas non est, non potest esse justitia. Dillectio enim proximi malum non operatur: quam si haberent, non dilaniarent corpus Christi, quod est Ecclesia.

R. Media nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. **V.** Prudentes virgines aptate vestras lampades. Ecce sponsus. Gloria Patri. Ecce sponsus.

Pro SS. Martyribus Quatuor

Coronatis.

Lectio ix.

Severus, Severianus, Carpophorus, & Victorinus, fratres, in persecutione Diocletiani deorum cultum libere detestantes, plumbatis caesi, in verbibus vitam pro Christi nomine profuderunt. Quorum corpora canibus objecta, cum ab illis intacta diu fuissent, sublata a Christianis, via Lavicana tertio ab Urbe lapide, in arenaria sepeliuntur prope sepulchrum Sanctorum Martyrum Claudii, Nicostri, Symphoriani, Castorii, & Simplicii: qui eodem Imperatore passi erant, quod cum essent summi sculptores nullo modo adduci poterant, ut idolorum statuas facerent: & ad Solis simulacrum ducti, ut illud venerarent, numquam commissuros se dixerunt, ut adorarent opera manuum hominum. Quamobrem in carcerem conjecti, cum ibi multos dies in eodem proposito perstissent, primum scorpionibus caesi, deinde vivi plumbis loculis inclisi, in flumen deiciuntur. Exat in Urbe Ecclesia sub nomine Sanctorum Quatuor Coronatorum, quorum diu ignota nomina, divinitus postea patefacta sunt: ubi non solum illorum quatuor, sed etiam horum quinque Martyrum corpora honorifice sepulta sunt, & eorum festivas sexto Idus Novembrii celebratur.

Te Deum laudamus. 12.

Pro Commemoratione Sanctorum

Martyrum Quatuor Coronatorum

Ad. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere: multis

tis passéribus meliôres estis vos. **V.** Latamini in Dómino & exultate justi. **R.** Et gloriámini omnes recti corde. **Oratio.** Præsta quæsumus, ut supra. 715.

DIÉ IX. NOVEMBRIS.

Dedicatio Basilicæ Salvatoris Duplex.

Ad Vesperas, à Capitulo omnia ut in Communi Dedicacionis Ecclesiæ. **xcj.**

Et fit Commemoratio omnium Sanctorum, **Añs.** O quam gloriôsum est regnum, in quo cum Christo gaudent omnes Sancti, amicti stolis albis sequuntur Agnum quocumque irerit. **V.** Exultabunt Sancti in glória. **R.** Lætabuntur in cubilibus suis.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum mérita sub una tribuisti celebritate venerári: quæsumus, ut desideratam nobis tuæ propitiatiônis abundantiam, multiplicatis intercessoribus largiáris.

Deinde S. Theodori Martyris.

Añs. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiôrum non timuit: fundâtes enim erat supra firmam petram. **V.** Glória & honore coronasti eum Dómine. **R.** Et constituisti eum super ôpera mânuum tuarum.

Oratio.

Deus, qui nos beati Theodori Martyris tui confessione gloriôsa circumdas & protégis: præsta nobis, ex ejus imitatione proficere, & oratione fulciri. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutinum, omnia de Communi Dedicacionis Ecclesiæ. **xcj.** exceptis Lectionibus, quæ leguntur ut infra.

In primo Nocturno.

Ex libro Apocalypsis beati Joannis Apostoli.

Lectio j.

Cap. 21. e

ET venit unus de septem Angelis habentibus phialas plenas septem plagis novissimis, & locutus est mecum, dicens: Veni, & ostendam tibi sponsam, uxorem Agni. Et sústulit me in spiritu in montem magnum & altum, & ostendit mihi civitatem sanctam Jerusalem descendentem de celo à Deo, habentem claritatem Dei: & lumen ejus simile lápidi pretioso, tamquam lápidi jaspidis, sicut crystallum.

R. In Dedicatiône templi decantâbat pópulus laudem: **V.** Et in ore eorum dulcis resonâbat sonus. **V.** Fundata est domus Dómini supra vérticem móntium, & vénient ad eam omnes Gentes. Et in ore.

Lectio ij.

ET habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim: & in portis Angelos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israël. Ab Oriente portæ tres: & ab Aquilone portæ tres: & ab Austro portæ tres: & ab Occasu portæ tres. Et murus civitatis habens fundamenta duodecim, & in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum Agni. Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream, ut metiretur civitatem, & portas ejus, & murum.

R. Fundata est domus Dómini supra vérticem móntium, & exaltata est super omnes colles: **V.** Et vénient ad eam omnes Gentes, & dicent: Gloria tibi Dómine. **V.** Venientes autem vénient cum exultatiône, portantes manipulos suos. Et vénient.

Lec-

Lectio iij.

ET civitas in quadropôsa est, & longitúdo ejus tanta est, quanta & latitúdo, & mensus est civitatem de arundine aurea per Stadia duodecim millia: & longitúdo, & altitúdo, & latitúdo ejus æqualia sunt. Et mensus est murum ejus centum quadraginta quatuor cubitorum, mensurâ hominis, quæ est Angeli. Et erat structura muri ejus ex lápide jaspide: ipsa verò civitas aurum mundum simile vitro mundo.

R. Benedic Dómine domum istam, quam edificavi nómini tuo, venientium in loco isto: **V.** Exaudi preces in excéso sólio glóriæ tuæ. **V.** Dómine, si conversus fuerit pópulus tuus, & oraverit ad sanctuarium tuum. Exaudi. Glória Patri. Exaudi.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ritus, quos in consecrandis Ecclesiis & altaribus Româna servat Ecclesiâ, beatus Sylvester Papa primus instituit. Nam etsi jam ab Apostolorum tempore loca fuerunt Deo dicata, quæ à quibusdam Oratoriis, ab aliis Ecclesiæ dicebantur, ubi collectæ fiebant per unam sabbati, & Christianus pópulus orare, Dei verbum audire, & Eucharistiam sumere solitum erat: non tamen illa adeò solemnî ritu consecrabantur, nec in eis adhuc in titulum erectum erat altare, quod chrismate delibatum, Dómini nostri Jesu Christi, qui altare, hóstia, & sacerdos noster est, figuram exprimeret.

R. Orantibus in loco isto, **V.** Dimitte peccata púpuli tui Deus, & ostende eis viam bonam, per quam ambulent, & da glóriam in loco isto. **V.** Qui regis Israël intende, qui deducis velut ovem Joseph, qui sedes super Chérubim. Dimitte.

Lectio v.

Sed ubi Constantinus Imperator per Baptismi sacramentum sanitatem salutemque consecutus est, tum primum lege ab eo latâ concessum est toto orbe terrarum, Christiani ut Ecclesiis edificarent: quos ille non solum edicto, sed etiam exemplo ad sacram edificatiônem est cohortatus. Nam & in suo Lateranensis palatio Ecclesiâ Salvatori dedicavit, & ei continenter Basilicam nómine Sancti Joannis Baptistæ cõdidit, eo loco, quo ipse baptizatus à Sancto Sylvestro, à lepra mundatus est: quam idem Pontifex consecravit quinto Idus Novembris: cujus consecratiônis memoria celebratur hodierno die, quo primum Romæ publicè Ecclesiâ consecrata est, & imago Salvatoris in pariete depicta pópulo Romano apparuit.

R. O quam metuendus est locus iste! **V.** Verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta celi. **V.** Hæc est domus Dómini firmiter edificata, bene fundata est supra firmam petram. Verè non est.

Lectio vi.

Quod si beatus Sylvester postea in consecratiône altaris Principis Apostolorum decrevit, ut deinceps nisi ex lápide altaria non edificarentur: tamen Basilicæ Lateranensis altare fuit è ligno erectum: quod mirum non est. Nam cum à Sancto Petro usque ad Sylvestrum, propter persecutiões, Pontifices certo loco consistere non possent: quocumque eos necessitas compulisset, sive in cryptas, sive in cœmeteria, sive in ædes piôrum, super illo altari ligno ad arcæ similitudinem constructo, sacra faciabant. Quo altari Sanctus Sylvester, reddita Ecclesiæ pace, honoris causâ Principis Aposto-

tolerum, qui in illo sacrificasse dicitur, & reliquorum Pontificum, qui usque ad id tempus ad mysteria conficienda eo usi fuerant, in Lateranensi prima Ecclesia collocato, sancivit, ne quisquam in eo, præter Romanum Pontificem, Missam deinceps celebraret. Eandem Ecclesiam incendiis, vastationibus, terræ insuper motibus disjectam, eversamque, ac sædula Summorum Pontificum curâ reparatam, novâ postmodum molitione restitutam, Benedictus Declinustertius Pontifex Maximus, Ordinis Prædicatorum, die vigesima octava Aprilis anni millesimi septingentesimi vigesimi sexti ritu solenni consecravit, ejusque celebritatis memoriâ hæc die recolendam statuit.

R. Manè surgens Jacob erigebat lapidem in titulum, fundens oleum desuper, votum vovit Domino: Verè locus iste sanctus est, & ego nesciebam. **V.** Cùmque evigilasset Jacob de somno, ait. Verè locus, Glória Patri. Verè locus.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Ambrosii Episcopi in Evangelium Ingressus, ut in Communi Dedicatōnis Ecclesie. xcvij.

Pro Sancto Theodoro Martyre. Lectio ix.
Theodorus, miles Christianus, Maximiano Imperatore, quod idolorum fanum incendisset, comprehensus, cùm à Præfecto legionis poena ei remitteretur, si poenitentis facti Christianam fidem execraretur, constanter in fidei confessione perseverans, missus est in carcerem: ubi unguis excarnificatus, dum costæ nudarentur, lætus canebat: Benedicam Dominum in omni tempore. Quare in ardente rogam iniectus, in oratione & divinis laudibus animam Christo reddidit quinto Idus

Novembris: cujus corpus Eusebia matrona, sindone involutum sepelevit in suo pradio.

Te Deum laudamus. 12.
In Laudibus, fit Commemoratio S. Theodori, Mart. Aſia. Qui odio animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. **V.** Justus, ut palma florébit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Deus, qui nos, ut supra. 718.

Et in secundis Vesperis, fit Commemoratio sequentis, & SS. Martyrum Tryphonis, Respicii & Nymphæ.

DIE X. NOVEMBRIS.

In Festo S. Andreae Avellini, Confessoris, Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris, non Pontificis, Iv. præter ea que sequuntur.

Oratio.

Deus, qui in corde beati Andreae Confessoris tui, per arduum quotidie in virtutibus proficiendi votum admirabiles ad te ascensionés disposuisti: concède nobis ipsius méritis, & intercessione; ita ejusdem gratiæ participes fieri, ut perfectiora semper exequentes, ad gloriæ tuæ fastigium feliciter perducamur. Per Dominum nostrum.

Deinde fit Commemoratio Sanctorum Martyrum Tryphonis, &c. Antiphona. Istorum est enim regnum cælorum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. **V.** Lætâmini in Domino & exultate justi. **R.** Et gloriâmini omnes recti corde.

Oratio.

Fac nos, quesumus Domine, Sanctorum Martyrum tuorum, Tryphonis, Respicii, & Nymphæ

sem-

semper festa sectari: quorum suffragiis protectionis tuæ dona sentiamus. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Andreas Avellinus, dictus antea Lancellottus, apud Castrum Novum Lucaniæ pagum natus, inter ipsa infantia primordia futuræ sanctitatis non obscurâ præbuit indicia. Adollescens ad litteras addiscendas paternâ e domo egressus, lubricam illius ætatis semitam inter bonarum artium studia ita perégit, ut sapientiæ initium, quod est timor Domini, ob oculos potissimum habere nunquam prætermiserit. Cum egregia proinde forma eximium castitatis studium conjunxit, quo impudicas sæpe mulierum insidias elusit, interdum etiam apertam vim propulsavit. Clericali militia jampridem adscriptus, Neapolim se contulit, ut legalibus disciplinis vacaret; ibique jurisprudentiæ lauream adeptus, atque interea ad sacerdotalem dignitatem evectus, causarum patrocinia in foro dumtaxat Ecclesiastico, proque privatis quibusdam personis juxta sacrorum Canonum sanctiones, agere cœpit. Verùm cum aliquando inter causam agendam leve ei mendacium excidisset, mox vero fortuitâ sacrarum Scripturarum lectione in illa verba incidisset: Os quod mentitur, occidit animam; tanto ejus culpæ dolore, ac poenitentia correptus est, ut statim ab ejusmodi vitæ instituto sibi recedendum esse duxerit. Itaque abdicatis forensibus curis, se totum divino cultui, sacrisque ministeriis mancipavit: cùmque Ecclesiasticæ virtutis exemplis emineret, sanctimonialium regimini a tunc existen-

te Archiepiscopo Neapolitano præfectus fuit. Quo in munere cùm pravorum hominum odia subsisset, primò quidem intentatâ sibi necis periculum declinavit, mox verò per sciarum tribus in facie acceptis vulneribus, injuriæ atrocitatem æquo animo pertulit. Tunc perfectioris vitæ desiderio flagrans, ut inter Clericos Regulares adscriberetur, suppliciter postulavit; voti-que compos factus, ob ingentem, quo astuabat crucis amorem, ut sibi Andreae nomen imponeretur, precibus impetravit.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodivit eum ab inimicis, & a seductoribus tutavit illum: **V.** Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

Artioris itaque vite curricula alacri studio ingressus, in eas maxime virtutis exercitationes incubuit, ad quas sese arduis etiam emissis votis obstrinxit, altero scilicet suæ ipsius voluntati jugiter obstandi, altero vero in via Christianæ perfectionis semper ulterius progrediendi. Regularis discipline cultor assiduus, & in ea promovenda, cùm aliis præeset, studiosissimus fuit. Quidquid ab institutis sui officii, & regulæ præscripto supererat temporis, orationi, & animarum salutis tribuebat. In confessionibus occipiendis mira ejus pietas, & prudentia enituit: vicios & oppida Neapoli finitima Evangelicis ministeriis magno cùm animarum lucro frequens lustrabat. Quam ardentem erga próximos sancti viri charitatem signis etiam Dominum illustravit. Cum enim in tempestâ nocte ab audita ægri confessione domum rediret, ac pluvia,

Part. Festiva.

Za

ven-

ventorūque vis præluentem faciem extinxisset, non solum ipse cum sociis inter effusissimos imbres, nihil madefactus est, verum etiam inusitatum splendore, è suo corpore mirabiliter emicante, sociis inter densissimas tenebras iter monstravit. Abstinentiā, & patientiā, necnon abjectionē, atque odio suo summopere præstitit. Necem fratris filio illatam imperturbato animo tulit, ac suos ab omni ulciscendi cupiditate compescuit, immò etiam pro interfectōribus opem, & misericordiam iudicium imploravit.

R. Amavit eum Dominus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. **V.** Et ad portas paradisi coronavit eum. **R.** Induit eum Dominus loriceam fidei, & ornavit eum. Et ad portas.

Lectio vj.

Pluribus in locis Clericorum Regularium Ordinem propagavit, eorumque domicilia Mediolani, & Placentiæ instituit. Illius operam Sanctus Carolus Borromeus, & Paulus de Arétio Clericus Regularis Cardinales, quibus erat acceptissimus, in Pastoralis muneris curis adhibuerunt. Deiparam virginem singulari amore, & cultu prosequabatur. Angelorum colloquio perfrui merevit, quos cum divinas laudes persolveret, è regione concinentes se audisse testatus est. Denique post heretica virtutum exempla, prophetiæ quoque dono illustris, quo & secreta cordium, & absentia, & futura prospexit, annis gravis, & laboribus fractus, ad Aram celebraturus, in verbis illis tertio repetitis: Introibo ad Altare Dei, repentino apoplexiæ morbo correptus est: mox Sacramentis ritè munitus, placidissimè inter suos animam efflavit. Ejus corpus Neapoli in Ecclesiā Sanc-

ti Pauli ad hæc usque tempora eo frequentissimo populi concursu colitur, quo fuit elatum. Illum denique insignibus in vita, & post mortem miraculis clarum, Clemens Undecimus Pontifex Maximus solenni ritu Sanctorum catalogo adscripsit.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrederere in requiem meam. **V.** Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **R.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad cælestia regna. Quia, Gloriosa Patri. Quia.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papæ in Evangelium Sicut lumbi vestri, ut in Communi Confessoris non Pontificis. Ixi.

Pro SS. Tryphone, Respicio, & Nympha Martyribus.

Lectio ix.

Tryphon, Decio Imperatore, cum Jesu Christi fidem prædicans, omnes ad ejus cultum perducere conaretur, à Decii satellitibus comprehensus, primò equuleo torquetur, & unguis ferreis excarnificatur: deinde splimbibus pedibus candentibus clavis confixus, fustibus cæditur, & admotis facibus ardentibus adurit. Quæ cum omnia fortiter ferentem vidisset Respicio tribunus, ad Christi Domini fidem conversus, statim se Christianum esse palam professus est. Qui variè cruciatus unâ cum Tryphone raptur ad Jovis simulacrum: quæ statura, Tryphone orante, concidit. Quare plumbatis crudelissimè contusi, nobilissimum martyrium consecuti sunt quarto Idus Novembris. Eodem die virgo quædam, cui nomen Nympha, cum Jesum Christum verum esse Deum clarè voce testaretur, martyrii palmam ad virginitatis

tis coronam adiunxit.

Te Deum laudamus. 12.

In Laudibus fit Commemoratio SS. Tryphonis, Respicio, & Mart. Aña. Vestri capilli. **V.** Exultabunt. **R.** Latabuntur.

Oratio. Fac nos, ut supra. 720. Vesperæ de sequenti, Commemoratio præcedentis.

DIE XI. NOVEMBRIS.

In Festo Sancti Martini Episcopi & Confessoris. Duplex.

Omnia de Communi Confessoris Pontificis, xli. exceptis his quæ hic ponuntur.

Ad Vesperas, Antiphona. Dixerrunt discipuli, cum reliquis de Laudibus. 720. Psalmus. Dixit Dominus, cum reliquis ut in Communi Apostolorum. j.

Capitulum.

Eccli 44. e

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatus.

Hymnus.

Iste Confessor Domini, colentes Quem pie laudant populi per orbem,

Hac die lætus meruit beatas

Scandere sedes.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus, Sobriam duxit sine labe vitam, Donec humanos animavit auræ Spiritus artus.

Cujus ob præstans meritum, frequenter,

Ægra quæ passim jacuere membra,

Viribus morbi domitis, salutè

Restituuntur.

Noster hinc illi chorus obsequentem

Concinit laudem, celebrésque

palmas,

Ut piis ejus precibus juvemur

Omne per ævum.

Sit salus illi, decus, atque virtus Qui super cæli solum coruscans, Totius mundi seriem gubernat Trinus & unus. Amen. **V.** Amavit eum Dominus, & ornavit eum. **R.** Stolam gloriæ induit eum.

Ad Magnificat, Antiphona.

O beatum virum, cujus anima paradisum possidet: undè exultant Angeli, lætantur Archangeli, chorus Sanctorum proclamat, turba virginum invitat, Manè nobiscum in æternum.

Oratio.

DEus, qui conspicias, quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propitius; ut intercessionē beati Martini Confessoris tui atque Pontificis contra omnia adversa muniamur. Per Dominum.

Et fit Commemor. Sancti Andreæ Avellini Confessoris, Aña. Hic vir despicens mundum, & terræna, triumphans divitiis cælo cõdidit ore, manu. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio. Deus, qui in corde, ut supra. 720.

Deinde Sancti Mennæ Martyris.

Aña. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. **V.** Gloriā & honore coronasti eum Domine. **R.** Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus; ut qui beati Mennæ Martyris tui natalitia colimus, intercessionē ejus in tui nominis amore roborèmur. Per Dominum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Laudamus Deum nostrum, in confessione beati Martini. Psalmus,